




14919

III

Map. Sc. Et. P.

1897





Les
169




Insc publicum Polon. Regni

1697.

3741 Prawo

Przywileje i konstytucya formowze ze panowania
Augusta II. 1697



099
PRZYWILEIE
Y
CONSTITUCIE
SEYMOWE *12. ty
1697.*
Za Pánovania Jego Krolewskiej Mái
AUGUSTA II.
Roku Pánskiego M.DC.XC.VII.



Cum Gratia & Privilegio S. R. M.

W. KRAKOWIE,
w Drukárnj Mikolaia Alexandra Schedla I. K. M. Typografá.



UNIV. IAGELL.
CRACOVENSIS

14919 III

•••••

DENUNTIATIO REGIS CORONATI, AUGUSTI II.

AVGVSTVS DEI GRATIA REX POLONIAE,
Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae,
Livoniae, Kiiovia, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Smolen-
sciae, Severiae, Czerniechoviaeq; &c. &c. Necnon Haeredi-
tarius Dux Saxoniae, & Princeps Elector, &c. &c.



Omibus in Vniversum Regni Nostri Ducibus, Prin-
cipibus, Comitibus, Baronibus, Spiritualibus, & Seculari-
bus, Archiepiscopis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Ca-
pitaneis, Dignitarijs, Officialibus, Iudicibus, ac eorum Vi-
cesgerentibus, tum Proconsulibus, Consulibus, & quibus-
vis alijs Regni Nostri Magistratibus, aut eorum loca tenentibus; Caeterisq;
alijs cuiuscunq; Conditionis hominibus, ad quorum Notitiam haec Nostrae
pervenerint Literae, sincerè & fideliter Nobis Dilectis, gratiam Nostram
Regiam. Sincerè & fideliter Nobis Dilecti. Admirandam DEI Ter Opti-
mi Maximi, in cuius manu sunt omnium iura Regnorum, nunquam cessa-
turi confitemur adoramusq; bonitatem, dum amplissimis liberrimisq; Incl-
yti huius Regni Gentibus, post Fata Divae memoriae Serenissimi ac Potētissimi
IOANNIS Tertij, Domini Regis sui immediati, dignissimi per fortitudinis
rectè factorumq; magnitudinem immortalivita, luctantibus in Campo Ele-
ctorali de eligendo renuntiandoq; Rege, digitò Paternae dexterae Perso-
nam Nostram, tam remotam ab omni contractu ambitionis; quam con-
tentam Paternis suis haereditarijsq; ditionibus ostenderit ac exhibuerit.
Valido itaq; & praepotenti eiusdem Divinae voluntatis nutui nequaquam
refragari posse censentes, posteaquam collatis in Nos pronis Vniversorum
Serenissimae huius Reipublicae Statuum ac Ordinum studijs, liberisq; suffra-
gijs, ac publico applausu in Regem more ac Instituto Majorum in Comi-
tibus Electionis ad Varsaviam, primùm die vigesima sexta, demum postridie
die vigesima septimam Mensis Iunii, Anni praesentis concursu viritum ac mi-
litanter, Terrarum, Districtuum, & Palatinatum, feliciter Electi, pro-
clamati, ac repetitis vicibus renunciati essemus, mox praestito in ibidem
pro Nobis absentibus per Plenipotentiarium Nostrum, super Articulos Pa-
storum Conventorum in Ecclesia Collegiata Divi Iohannis Baptistae solem-
ni iurejurando, demum eodem, à Nobismet ipsis in limitibus Regni in Villa
Piekiary in Ecclesia eiusdem Parochiali, unà cum Professione Fidei Sanctae

Roma-

Romanæ Catholicæ repetitò, per solennem ac Honorificam Legationem publicum Electionis Decretum, ac Instrumentum accepissemus, reliquum Nobis superfuit, ut ad præfixum Inaugurationi feliciq; Coronationi Nostræ tempus, iisdem inuitantibus Oratoribus, Cracoviam iter maturaremus, ubi de more solenni, pridie ante Actum felicis Coronationis persolutis Iustis Serenissimo Prædecessori Nostro, postridie nempe die Dominico, qui erat decimus quintus Mensis Septembris in Basilica Divi Stanislai Arcis Nostræ Cracoviensis, præmissò & præstito prius ante Altare Majus ex concepta formula de servandis & manutenendis Iuribus, Privilegijs, Libertatibus, Ecclesiasticis, & Secularibus, privatis, & publicis Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ Iuramentò; Sacrò Oleò uncti, & Regio Diademate, quò Reges Poloniæ ab antiquissimo tempore Coronari solent, ritu Catholico Romano, adstante & inspectante Senatu Terrarumq; Nuntijs ac plurimis Dignitarijs, Officialibus, & Incolis Regni, & Magni Ducatus Lithvaniæ exterorumq; Principum Legatis Insigniti, & Coronati sumus. Quà quidem Coronatione & Inauguratione Nostrà ritè ac legitime peractâ, jam quod Nobis & Reipublicæ Vniversòq; Orbi Christiano faustum, ac salutare sit, Deo auspice Gubernacula Regni capessivimus, & Nos regimini Populorum Divinitus tradito accinximus, receptò jam à Præsentibus Dominis Senatoribus, alijsq; Dignitarijs & Officialibus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ, tum & Civitate Cracov. compluribusq; alijs Fidelitatis Iuramentò. Quod ad notitiam Omnium & Singulorum deducendo, sinceritates & fidelitates Vestras, quarum interest hortamur, illisq; mandamus, ut hanc Inaugurationem Nostram, Libertatumq; ac Iurium, factam à Nobis Confirmationem, publicè in Civitatibus, Oppidis, Parochijs & Villis diebus forensibus aut solenniioribus per Præcones, Literarumq; harum in locis publicis affixionem denuntiari ac publicari, & in Acta publica referri curent & faciant. Quod autem reliquum est, sinceritates & Fidelitates Vestræ intermissa Interregni tempore Officia ac munera sua, præstitò quamprimum Iuramentò, resumant. Iudicia tam Terrestria, quàm Castrensia Capitanealia Causarum tam Iudicialium, quàm Officiorum, Tribunalis itidem Regni ordinaria, ac etiam Civilia, & alia quælibet, autoritate & sub Nomine Nostro ac Titulo exerceant: omniaq; ea, quæ vel de Legum præscripto, vel de more, ac consuetudine ad illarum officia pertinent; jam facere incipiant & exequantur: dentq; operam, ne Ius & Iustitia, quæ Regnorum summa præsidia sunt & firmamenta, diutius intermissa jaceant atq; negligentur, pro gratia Nostra Officiorumq; suorum debito. Datum Cracoviz in Comitijs Felicis Coronationis Nostræ, Die 15. Mensis Septembris, Anno Domini M.DC. XCVII. Regni verò Nostri I.

GEORGIUS ALBRACHTVS DONHOFF,
Episcopus Præmyssienfis. Supremus Regni Cancellarius.

Ad Mandatum Sacræ Regiæ Maiestatis.

Lites



Literæ Iuramenti in Finibus Regni. AUGUSTUS SECUNDUS.

DEI Gratiâ, REX Poloniae, Magnus DVX Lithvaniae, Ruffiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq; &c. Necnon Hæreditarius Dux Saxoniae, & Princeps Elector, &c &c.



Ignificamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest, Vniverfis & Singulis. Quia Nos, postquam ab Oratoribus Regni & Magni Ducatus Lithvaniae, in Limitibus Regni ad capeffenda Inclyti hujus Regni Gubernacula invitati essemus, ad præsentiam eorundem in magna frequentia hominum, in Villa Piekary, in Ecclesia ejusdem

Parochiali super tenendos Pactorum Conventorum Articulos, per Plenipotentiarium Nostrum, Varaviae, circa Electionem Nostram Regiam, cum Ordinibus & Statibus Regni conscriptos & acceptatos, tale verbum conceptis Iuramentum ad Sacrosancta DEI Evangelia præstitimus.

EGO AVGVSTVS II, Electus Rex Poloniae, & Magnus Dux Lithvaniae, Ruffiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq; Natus Dux Saxoniae, & S. R. I. Archimares: & Princeps Elector. Spondeo & sanctè Iuro Deo Omnipotenti ad hæc sancta Iesu Christi Evangelia, quòd Pacta Conventa per Ordines Regni mihi data, ab iisdem Ordinibus subscripta, Legatiq; Nostri Extraordinarij corporali Iuramento Varaviae comprobata, in omnibus eorum Articulis, Punctis, Clausulis, Conditionibus, tum & Coæquatione Iurium, Magni Ducatus Lithvaniae, ita, ut nec specialitas generalitati, nec generalitas specialitati deroget, servabo, manutenebo, & adimplebo: atq; ea omnia iterato etiam in Solenni Coronatione Iuramento confirmabo. Sic me DEVS adiuvet & hæc Sancta Iesu Christi Evangelia.

De quo quidem Iuramento Nostro à Nobis præstito, ut omnibus quorum interest constaret, Literas hæc Nostras manu Nostra subscriptimus, Sigillumq; Regni Nostri appendi iussimus. Actum & datum in Piekary, die vigesima septima Mensis Iulij, Anno Domini M. DC. XCVII.

AVGVSTVS REX.





Literæ Iuramenti Coronationis.
AUGUSTUS SECUNDUS,

DEI Gratiâ, REX Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Rufsiaë,
 Prufsiaë, Masoviaë, Samogitiaë, Livoniaë, Kijoviaë, Vofhyniaë, Podo-
 lia , Podlachiaë, Smolensciaë, Severiaë, Czerniechoviaëq; , &c.
 Necnon Hæreditarius Dux Saxoniaë, & Princeps Elector, &c. &c.



Ignificamus Præsentibus Literis Nostris Vniverfis &
 Singulis. Quia in Frequentia Magna Hominum in Eccle-
 sia Cathedrali Sancti Stanislai in Arce Cracoviensî, Die deci-
 maquinta Mensis Septembris, Anni præsentis, verbis con-
 ceptis, ad Sacrosancta DEI Evangelia tale Iuramentum Or-
 dinibus Regni & Magni Ducatûs Lithvaniæ præstitimus. Ego AVGV-
 STVS II. Electus Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Rufsiaë, Prufsiaë,
 Masoviaë, Samogitiaë, Livoniaë, Vofhyniaë, Kiioviaë, Podoliaë, Podlachiaë,
 Smolensciaë, Severiaë, Czerniechoviaëq; , per Omnes Regni Ordines Vtri-
 usq; Gentis, tam Poloniæ, quàm Lithvaniæ, cæterarumq; Provinciarum
 Regno Poloniæ Magnoq; Ducatui Lithvaniæ annexarum & incorporatarum
 communi consensu liberè Electus.



Pondeo ac sanctè Iuro DEO Omnipotenti, ad hæc San-
 cta IESV CHRISTI Evangelia. Quòd omnia Iura, Libertates,
 Immunitates, Privilegia Publica & Privata, Iuri communi utriusq; Gen-
 tis & Libertatibus non contraria, Ecclesiasticas & Seculares, Ecclesijs Ca-
 tholicis, Romanis Principibus, Baronibus, Nobilibus, Civibus, Incolis,
 & quibuslibet Personis, cuiuscunq; Statûs & Conditionis existentibus,
 per Divos Prædecessores Nostros Reges, & quoscunq; Principes, Regni
 Poloniæ, & Magni Ducatûs Lithvaniæ, præsertim verò Casimirum anti-
 quum, Ludovicum Loiz nuncupatum, Vladislauum Primum Iagiellonem
 dictum, Patremq; ejus Vittoldum, Magnum Ducem Lithvaniæ, Vladi-
 slauum Secundum Iagiellonis Filium, Casimirum Tertium Iagiellonidem,
 Ioannem Albertum, Alexandrum, Sigismundum I. Sigismundum II. Au-
 gustum, Henricum, Stephanum, Sigismundum III. Vladislauum IV. Ioan-
 nem Casimirum, Michaelem, & Ioannem III. Reges Poloniæ & Magnos
 Duces Lithvaniæ, iustè & legitimè datas, concessas, emanatas, & dona-
 tas, ab omnibusq; Ordinibus tempore Interregni statutas, atq; sanctas,
 mihi oblatas, tum Pacta Conventa per Ordines Regni & M.D. Lit. mi-
 hi tradita manutenebo, observabo, custodiam, & adimplebo, in omni-
 bus Conditionibus. Articulis, & Punctis in eisdem expressis. Pacem
 quoq; & tranquillitatem inter Dissidentes de Religione Christiana tuebor,
 manutenebo: nec ullò modo vel Iurisdictione Nostra vel Officiorum No-
 strorum, & Statuum quorumvis autoritate, quemquam affici opprimiq;
 Causâ

Causâ permittam, nec ipse efficiam ac opprimam, ac ea quæ in Electio-
ne Nostra Varſaviensi constituta sunt, & quæ in Conſeptione Coronatio-
nis Nostræ constituentur manutenebo, iisq; satisficiam. Omnia illicite
à Regno Magnoq; Ducatu Lithvaniæ & Dominijs eorundem quocunq;
modo alienata, vel bello, vel quovis aliò modo distracta ad Proprietatem
eiusdem Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithvaniæ aggregabo, termi-
nosq; Regni & M. D. Lit. non minuam, sed defendam & dilatabo. Iu-
stitiam, omnibus Incolis Regni juxta lura publica in omnibus Dominijs
constitutam, absq; omnibus dilationibus & prorogationibus administra-
bo, quovis etiam Sangvinis Noſtri respectu nullò habitò. In dispensatio-
ne quoq; Distributivæ Iustitiæ non me alligabo ad affectum & propensio-
nem Naturalem Sangvinis, sed solam ipsam benemeritorum rationem,
præ oculis & corde habebo, in disponendis occurrentibus Officijs & Be-
neficijs Reipublicæ. Et si (quod absit) in aliquibus Iuramentum meum
violavero, nullam mihi Incolæ Regni omniumque Dominiõrum uniuscu-
jusq; Gentis obedientiam præstare debent. Imò ipso factò eos ab o-
mni fide, obedientiâ Regia debitâ liberos facio, absolutionemq; nullam
ab hoc meo Iuramento à quoquam petam, neq; ultrò oblatam suscipiam
Sic me Deus adjuvet & hæc Sancta Christi Evangelia.

De quo quidem Iuramento Noſtro à Nobis præſtito, ut omnibus quo-
rum interest constaret, Literas hæc Noſtras manu Noſtrâ subscripsi-
mus, Sigillumq; Regni Noſtri appendi iuſimus. Actum & Datum Cra-
coviæ, in Conventu felicis Coronationis Noſtræ, Die 15. Mensis Septem-
bris. Anno Domini M. DC. XCVII.

AVGVSTVS REX.



Confirmatio Generalis Iurium.



Nomine Domini, Amen. Nos AVGVSTVS II. DEI Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Kiioviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Smolentiae, Severiae, Czerniechoviaeq; Necnon Haereditarius Dux Saxoniae, & Princeps Elector, &c. Manifestum ac testatum facimus praesentibus Literis Nostreis, quorum interest Vniversis & Singulis, tam praesentibus, quam futuris harum notitiam habituris. Per Omnipotentis Dei gratiam, Coronas & Sceptra dispensantis, liberis ac spontaneis, liberrimarum Gentium Poloniae & Lithvaniae, amplissimorumq; Statuum ac Ordinum Serenissimae hujus Reipublicae Suffragijs ad Thronum Inclyti Regni hujus evecti, Sacroq; Diademate Regio insigniti, primam ac praecipuam imponi Nobis necessitatem, ut pro tanto affectu studiisq; in Nos collatis perpetua grati animi Nostri palam sit testificatio: & quod pluribus ijsq; excellentissimis, tum proprijs, tum externis Christiani Orbis Principibus Persona Nostra praelata est, eo insignioribus gratijs atq; gratitudine Nostrae Regiae respondendum veniat, nihilq; Nobis tam carum sit, quod in ordinandi ampliandique hujus Regni non faciles una cum vita Nostra tribuamus: Et jam factis Ipsa incolumitatem, decora ac splendores Patriae hujus cariora esse, quam propriae recte probamus, dum quidquid in illa reperiri potest ad commoda & utilitates, istius libentes conferimus, & incessanter Nos collaturis speramus; quod tanta benevolentiae & fidei parem animum & gratiam testemur in perpetuum. Cum vero omnia Iura, Privilegia, Libertates, Praerogativa, & quaecunque in Patria hac potuerunt haberi charissima & Nobilissima Nobis concedita, ac in manibus Nostreis, velut in sacrario aliquo reposita sint, licetsi nullum eorum certius possit esse vinculum, ac pignus, quam pectus Nostrum Conscientiaque Iurisjurandi jam bis a Nobis praestiti Solennitate adstricta, nihilominus, quod contra vetustatem oblivionemque monumenta Literarum aeternitatem rerum praesentium custodiant, hisce pro Officio Nostro Regio, pro utilitate Regni, consuetudineq; Antecessorum Nostrorum, Divorum Poloniae Regum, & Magnorum Ducum Lithvaniae, sponte ac liberè maturaq; deliberatione praehabita, omnia Privilegia; Donationes, Inscriptiones, Advalitates, Libertates, Praerogativas, & Immunitates Regni Poloniae ac M. D. Lit. Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Kiioviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Smolentiae, Severiae, Czerniechoviaeq; ut & in specie Ducalis Prussiae Lemburgi & Bitoviae iuxta lura sua: quò Nomine Confirmationem Nostram ad normam à Divis Praedecessoribus Nostreis editam ex Cancellaria Nostra extradere & Constitutionibus modernorum Comitiorum inferere iussimus, ac aliarum Provinciarum iis annexarum, coniunctim aut separatim ipsi concessas Ecclesiasticas & seculares, tam Publicarum: quam Privatarum Personarum cuiuscunq; Status, Conditionis, atq; sexus existentium Civitatumq; & locorum quorumcunque per Antecessores Nostros Reges Poloniae & Magnos Duces Lithvaniae ac Terrarum ijs coniunctarum, Reges, Principes, Duces ac Dominos, tam

in to.

in tōro quā in parte, præsertim verò Casimirum Magnum, Ludovicum Loiz nuncupatum, Vladislaum secundum Jagellonidem dictum, Fratresq; eius Vittoldum & Sigismundum Magnos Duces Lithvaniæ, Vladislaum Tertium, Casimirum Tertium, Jagellonis Filios, Ioannem, Albertum, Alexandrum, Sigismundum Primum, Sigismundum Secundum, Augustum Henricum, Stephanum, ac Sigismundum Tertium, & Vladislaum IV. Ioannem Casimirum, Michælem, & Ioannem III. Reges Poloniæ & Magnos Duces Lituaniæ; ac etiam per Magistros Prusici atq; Archiepiscopos, Episcopos, Magistros, Præceptores antiquos Livoniæ, necnon Duces Principes, ac Dominos Terrarum Russiæ, & Masoviæ iustè & legitime concessas, & emanatas, ac Iuri communi utriusq; Gentis non contrarias. Et item, Iura, Leges, Statuta, Constitutiones, Iudicia, Tribunalis ultimæ Instantiæ ac Decreta, Libertates & Immunitates, in Conventibus Regni Generalibus quibuslibet Ordinationesque latas atque sancitas, nominatim autem Libertates & Leges in Conventu Electionis Henrici Regis, ac in Conventu Andreoviensi & Coronatione Regis Stephani, Constitutionesque in Coronatione Serenissimi Sigismundi Tertii laudatas, ac denique Leges & Constitutiones in presenti Conventu sancitas, aut quæ adhuc sancientur & Nobis exhibebuntur. Ita tamen, ut nec specialitas generalitati, nec generalitas specialitati derogat: Tum etiam Conditiones cum Ordinibus sancitas, in omnibus earum Articulis, Punctis, Clausulis, Conditionibus, approbandas, roborandas, duximus, approbamusque roboramus, confirmamus per præsentem Literas Nostras. Decernentes illas & illa omnia quæ superius commemorata sunt, perpetuæ, indubiæ, ac inviolabilis firmitatis robur obtinere debere, recipimus, spondemus & Regio Verbo Nostro pollicemur; illas in prædictis earum Punctis, Articulis, Clausulis Conditionibus, firmiter, inconcussè, inviolabiliter, tenere, observare, implere, & exequi, ac omnibus & singulis ex his satisfacere cum effectu, & teneri, observari, & exequi facere. Item pollicemur, recipimus, ac spondemus, quòd omnia per hostes finitimos iniuste à Regno & Magno Ducatu Lithvaniæ ac Dominiis earundem quocunque modo occupata, vel bello vel quovis alio modo distracta, ad proprietatem & unitatem eiusdem Regni Poloniæ & M. D. Lithvaniæ, tum Provinciarum iis annexiarum aggregabimus, neque fines Regni & Dominiorum Nostrorum minuemus, sed pro viribus Nostris, proferemus & dilatabimus. Quòd si aliquid contra Libertates & Immunitates, Iura & Privilegia prædicti Regni & M. D. Lit. ac cæterarum Provinciarum iis annexarum fecerimus, non servantes (quod absit) aliquid illorum in toto vel in parte, id totum irritum & inane nulliusque momenti fore decernimus & pronuntiamus. Quòd verò supra hisce Literis, Privilegia, Libertates Ecclesiasticas, cum cæteris confirmaverimus, in Iuramento Nostro Ecclesias Catholicas Romanas nominaverimus, id nihil omnibus Ecclesiis Græcis, & Privilegiis earundem obesse debet, imò eadem in suo robore conservamus, necnon & Article Iuramenti huic nequaquam derogare volumus: Quòd videlicet Pacem & Tranquillitatem inter Dissidentes

de Religione tuebimur & manutenebimus, quam inconcussè, firmiter ac inviolabiliter & cum effectu Nos observatos promittimus ac spondemus. Iura quoque Terrarum Prussiae, specialiter verò Indigenatus in omnibus manutenebimus, & in suo robore conservabimus: Vacantiaque omnes in Terris praedictis iuxta tenorem Iurium Terrarum praedictarum & Constitutionum Anni 1647. Indigenis Terrarum Prussiae conferemus, & Articulum de distribuendis Vacantiis Pactis Conventis felicis Electionis Ioannis Casimiri insertum, speciali Iuri Terrarum Prussiae derogare non debere declaramus. Dantes insuper Potestatem, Cancellario & ViceCancellario Regni, ut has Literas Confirmationis Generalis Iurium, Privilegiorum & Libertatum Regni & Magni Ducatus Lithuaniae & Terrarum iis annexarum authenticè sub Regni Sigillo, Ordinibus, Terris, ac Subditis Nostri, qui eas requirent non expectato alio Mandato Nostro uter uel alter eorum extradat. In cuius rei fidem Literas hasce, manu Nostrâ subscripsimus, Sigillumque Regni iis appendi iussimus. Datum Cracoviae in Comitibus felicis Coronationis Nostrae. XXVIII. Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Septimo, Regni Nostri Anno Primo,

*Præsentibus, Reverendissimis, Reverendis, Illustribus, Magnificis, Venerabilibus, Generosis, Nobilibus, ac Spectabilibus. IOANNE de Málachovice MALACHOWSKI, Cracoviensi, Duce Severia. Stanislae de Lubraniec Dambski, Vladislavienſi & Pomerania. Stanislae de Wiwica Witwicki Poſnaniensi. Georgio Albrachto, S. R. I. Principe Donhoff, Præmyſtienti, Supremo Regni Cancellario. Ioanne à Kirſenſtein Kryſpin Samogitia, Episcopis. Felice Potocki Palatino Cracoviensi, Regni. Iosepho Sluſká, castelano Vilnensi, M. D. Lithvania Campiductoribus. Stanislae Málachowski Palatino Calisienti, Lukoviensi. Casimiro Sapiecha Castellano Trocensi, Brestensi Capitanis. Raphaelē Leszczyński Lanciensi, Generali Maioris Polonia Capitanis. Ioanne Jablonowski, Volhynia. Stanislae Tarlo, Lublinensi. Bonaventura Krasinski, Plocensi, Capitanis Varſaviensi. Andrea à Kirſenſtein Kryſpin Viſeſiensi. Martino Chomentowski, Bracławienſi Palatinis. Francisko Galecki, Poſnaniensi, Capitanis Bydgostiensi. Stephano Biąziński, Sandomiriensi, Excubitarum Regni Praefecto. Szembek Woynicensi. Melchioro Gurowski, Gnesnensi. Eustachio Grothus Samogitia. Francisko Grzybowski, Inowladislavienſi. Stanislae Morſzyn Czernensi. Ioanne Georgio Przebendowski Culmensi. Lanckoroński Radomiensi. Potocki Camenen. Castellanis. Carolo Tarlo ViceCancellario. Iosepho in Wiſnicz & Iaroslav Lubomirski Mareſchalco Curia Regni, Sandomiriensi Capitanis, Nicolao Wyżęcki Regni. Vincentio Woſłowicz M. D. Lit. Secretarius. Chriſtoſtomo Gniński Spirituali, Nominato Episcopo Camenecen. Abbate Landen. & Wągrowceni. Theodoro in Porok Potocki, Nominato Culmensi Canonico Cracov. Stanislae in Szczuczyn & Radzyn Szczuká Seculari, Lublin. Varesen. Capitanis, Regni Referendartis. Wychowſki spiri-
tuali M. D. Lit. Referendario. Athanasio in Miaczyn, Polariow & Macie-
iow*

Confirmatio Generalis Iurium.

II

Joan Miaczyński Theſaurario Curia, Luceorien. Crepicen. Loſicen. Capitano. Alexanaro Iáblonowski, Vexillifero Buſcen. Capitano. Stanislaw Warſycki Enſifero Regni. Stanislaw Leſczyński Pocillatore. Martino Chelmski, Metatore Caſtrorum, Stephano Porocki Venatore Regni. Stanislaw Donhoff Venatore Magni Ducatus Lubz Capitano Koſcieryneński. Andrea Gielgud Szadovien. Capitano. Caſmirus Pac Equite Malteni. Chriſtophoro Raiecki Notariis M. D. Lit. Ioanne Staadnicki Curia Regni. Gedeone Fraſzkiewicz Radziwiński, Curia M. D. Lit. Vexilliferis, Capit. Slonim. Chriſtophoro Komorowski, Praefecto Culina M. D. Lit. Franciſco Wielopolſki Cracoviensi. Franciſco Szembek Biecenſi. Adamo Tárlo Steżycen. Iosepho Porocki. Halicieu. Bidziński Chetienſi. Georgio Dżiduſzycki Zydzacoviensi. Stanislaw Rzewuſki Chelmenſi. Micháele Porocki Craſnoſtaviensi. Ianuſtio Capitano Puniſi. & Micháele Korybut Ducibus Viſnoviceniſibus. Iosepho Duce in Clewari Czártoſycki Capitano Puniſeni. Porocki Owruceński. Ludovico Laſocki Zákroczymeniſi. Stephano Leſczyński Oſtrzeſzoviensi Puniſki Wſchoviensi. Chriſtophoro Zámwiſa Mińſcen. Caſtrenſibus Capitanis. Przerabski Prapoſtito Gneſnen. Cracovien: & Raſavien. Ioanne Paulo Gomoliński Archidiacono Ploceniſi, Officiali Generali Giedanenſi, Canonicis Secretariis Noſtris. Biegáński Bráclávi en. Alexandro Pedabareski, V piten. Micháele Har abur da Slonimen. Mareſchallus. Wojákowski Premyſien. Ciecibeſki Liven. Hieronimo de Kozielsko Puzyna V pisen. Ludovico Poćiey Breſtlianen. Porocki Halicien. Liduchowski Cremenečen. Stanislaw Bakowski Culmenſi. Sokolowski Litvonia. Micháele Leone Soltan Searoduboviensi Succamerariis. Andrea Zydzowski Cracov. Micháele Łożyiński Zákrocimien. Nicolao Koſakowski Zyromirien. Caſmirus Zaransk Samogitia. Ioanne in Belzyce Orzechowski Lublinen. Czormiński Podlachie. Maximiliano Oſoliński Drogcien. Martiano Wolowioz Mſiſlaviensi Vexilliferis. Zazychowski Poſnaniem. Iacobo Grużewski Samogitia. Georgio Dominico Dowmout Caueniſi Dapiferis. Chriſtawo Kierski, Poſnaniensi. Carolo Rydzynski Caſtien. Ioanne Hruſtyński Vilcomir, Pincernis. Alexandro Iosepho Vntechowski Iudice Terreſtri Mińſcen. Debiński Cracoviensi. Dabſki Inovladislaviensi: Theophilo Biſpiuk Starodu. Enſiferis. Piegłowski Theſaur. Cracov. Siemianowski Iudice Caſtren. Sendom. Liniewski Vev. Belz. Melchiore Czapski Succamer. Malbor. Dominico Medekſa Notario Caſtrenſi Caueniſi. Grybowſki Czernen. Dominico Wolodkowitz Mińſcen. Subdapiferis. Porocki Rebcicen. Dominico Porocki, Caſtellanide Camenecen. Micháele Pożocki Caſtellanide Camenec. Colonellis Noſtris. Naráowski V ſten. Ioanne Tyzenbauſ Diameteniſi, Mielżyński Kaneniſi, Adamo Poniński, Kopanien. Chomerowski Złotorien. Tegoborski Malogosten. Porocki Lucien. Roiowski Drochouſten. Kraſiński Szrumen. Micháele Kwiáź de Kozielsko Puzyná, Verbkouien. Caſmirus Glogowski. Vladislao Niemiericz, Martino Skorczyſki Samuele Porocki. Samuele Woywa Iaſieniacki, Theſ. Rżecz. Wielochurſki Romágiſtro Cobortis Loricata. Miebáłowski. Roſtorowski. Martino Zbierzchowski. Ioanne Kuleſa. Nicolao Łodziń.

Łodziński. Tymński. Gasecki. Barski.
 Parozowski. Gruszczyński Nuntius Terrestribus. Andrea Pomian
 Pegorski Secretar. Chrystomo Dorposki z Dorpoša. Chrystophoro
 Czapski. Ioanne Powalski. Ioanne Tueholká Castellan. Giedanen. Hiero-
 nimo Kraśniński. Francisko Szembek. Stanislaw Zdanowski Notario Ca-
 strensi. Francisko Frezer. Nicolao Xieski. Hieronimo Przylacki. Petro
 Niemirowski, Andrea Czerny. Stanislaw Chwalibog. Alexandro Dro-
 zdowski Burgrabus Arcis Cracoviensis. Bonauentura Bryganzy, Stanislaw
 Slowakowicz, Medicina Doctore & Professore, Consulibus, Paulo Niesnio-
 wski Secretario & Nuntius Ciuitatis Nostræ Craconiensis.
 Stephano Moroz, Michæle Strepbanowicz, Wargalemski, Secretarius Nostris
 Proconsulibus & Nuntius Ciuitatis Nostræ Vilnensis.
 Andrea Szymanowicz, Chrystophoro Cyboni, Secretarius Nostris, Medicina Do-
 ctoribus, Consulibus & Abligatis Ciuitatis Nostræ Leodol. Aliisq; quàm pluri-
 mis Nobilibus, & Officialibus, Nuntius Terrestribus, & Secretarius Nostris.

AVGVSTVS REX.

CON.

CONSTITVCIE
SEYMU WALNEGO
DO DWVCH NIEDZIEL
SKROCONEGO,

Koronącyey

KROLA IEGO MOSCI

Roku Pańskiego M. DC. XC. VII.

W Imię Pańskie / Amen.

AUGUST II.

Z BOZEY ŁASKI, KROL POLSKI,
Wielki XIĄŻĘ Litewski, Ruski, Pruski, Mązo-
wiecki, Zmudzki, Kiiowski, Wołyński, Podolski,
Podlaski, Smolenski, Inflantski, Siewierski,
y Czerniechowski, a Dsiedziczny
XIĄŻĘ Saski y Elektor. &c: &c:



Szem w obec / Państw Należych Ko-
ronnych / Wielkiego Xięstwa Litewskiego / y Pro-
winicy należących Obywátelom / ad perpetuam
rei memoriam / do wiadomości podátemy. Jż
iakośmy z woli Bozey / wolnemi głosami / Wol-
nych Narodow całej y nierozdzielney Rzeczypos-
politey Korony Polskiej y W. X. Lit. za Pá-
na obráni: a potym ná Krolewskim Thronie zgo-
dnie posádzeni / y przez Najwielebniejszego Xiędza Biskupa Bniawo-
skiego / tu w Krakowie ná miejscu zwyczajnym zá jednokáynym ze-

zwoleniem wſzytkich Stanow Koronnych y Wielkiego Kieſtwá Litewſkiego zwykła Korona rité Koronowani poſtali. Tak zaraz od dawſzy chwale Bogu per quem Reges Regnant, nappierwie do tego ſtaranie náſze obrociliſmy, iakoby za dni Pánowania Náſzego/ chwala Boza w Pánſtwach Náſzych/ wſpołoieme zewnietrzne w onych/ Szczęſcie/ Rzad/ y Sprawiedliwość zaſwitnac/ w niebeſpieczeńſtwach Rzeczypoſpolitey obrona doſtateczna obmyſlona była. Za zgoda tedy wſzech Stanow/ propter urgentes neceſſitates, wſzytkich wálnych/ poważnych/ y potrzebnych terażnieyſzego Seymu Coronationis Spraw/ recess wczyniſmy; do przyſzłego Pacificationis & Exorbitantiarum Seymu: teraz niektóre niżej nápiſane Conſtytucye poſtánowiliſmy.

Polſpolite Ruſzenie.

IN caſum ingruentis alicuius mali, (które niech dobroć Boſta oddaſla) za powſzechna zgoda/ Polſpolite Ruſzenie podług zwyczaju/ porządku y obowiązk/ w Prawach opisanego/ w roku Náſzych do przyſzłego da Bog Seymu zoſtánwieniemy/ za wydaniem Wici Náſzych/ które za oſtatnie y trzecie beda miane. A teraz aby Nobilitas w rynſtunki y łonie wojenne ſpółobic ſie mogła oſtrzegamy/ y topubliczne ogłoſzenie tuż za dwoie Wici miec chcemy. W Wielkim zaś Kieſtwie Litewſkim ponieważ Popiſy de lege Swieto Michalſkie dla Coronacyey Náſzey odprawować ſie nie mogli/ tedy náſzóturż po Seymikach Relacyjnych aby ſie odprawowały poſtánawiamy.

Approbatio Coæquationis Iurium W. X. Lit. z Koroną Polſką.

Coæquationem Iurium Wielkiego Kieſtwá Litewſkiego & annexarum Provinciarum za powſzechna Zgoda Stanow Rzeczypoſpolitey ná Elekeyi Náſzey poſtánowiona/ tudzież circumſcriptionem Miniſteriorum, Bulaw/ Laſek/ Pieczęci/ Kluczew/ Wielkiego Kieſtwá Litewſkiego repartyca konſerwowac deklarujemy/ y nikomu tego Prawa wzruſzac nie pozwolemy. Vigore tego wſzytkiego/ Landa Woiewodztw y Powiatow/ tak ſowitey Hyberty/ iak to też y Podatkow extraordynaryjnych/ które ná przeſzłych ſiazdach wchwalily/ y które in virtute poſtánowionego Prawa ná przyſzłych Seymikach wchwalą; za niemi y Sady w Woiewodztwach y Powiatach in cauſis fiſci in toto approbujemy. Lokacya zaś Woyská W. X. Litewſkiego ad præſens, & pro hac vice, dla przęſtego ad hunc ulum innych Dobr/ in futurum obmyſlenia/ które niżej ſpecificowanym Wielmożnym/ Wrodzonym Komiffarzom committitur, w Grodzienſkiej/ Olickiej/ y Piłſkiej Cetonomiach: w Leńieſtwie Sokolſkim y Kamienney/ w Staroſtwach y Dzierżanach Woiewodztwa

Brzeſkiego ſalva indemnitate v bogich ludzi/ y Prowentow Menſe Re-
 gia Noſtra ac Tenutariorum, nec derogando in poſterum Prawom wy-
 rawnym de immunitate Dobr Naſzych Stolowych/ żadnym Łokacy-
 om/ y ciężarom Œolnierzá nie podleglych/ przyumiemy. Także
 Ordynácyá Wielkiego Kieſtwá Litewſkiego cum omnibus w-
 niey expreſiſ contentis, iako in Paćta Conventa inferum eſt; y tera-
 żnięyka fuſius obloquitur expreſio, manutenebimus: y nikomu tego
 wzruſzać nie pozwolemy/ ále y owym in executione zachować mamy
 y powinni bedziemy cum moderamine taryſſy. A że ex munificentia
 noſtra & ex vi Paćtorum Dzieſiąciu Millionow/ tertía forſ, to ieſt trzy
 Milliony trzykroć ſto trzydzieſci trzy tyſtate/ trzyſta trzydzieſci y trzy
 złote y groſzy dzieſieć ná Woýſto Wielkiego Kieſtwá Litewſkiego do-
 ſtaie ſie in vim záſing: tedy ad tractatum z Woýſciem/ iakoby in oble-
 quium noſtrum & fidelitatem przyſć mogło; y ad exdiſionem tych
 Summ ná záplácenie Woýſtu według Komputu Anni Milleſimi, Sex-
 centeſimi, Nonageſimi, poſtanowionego non includendo do tey záplá-
 ty nowo podnieſionych Chorągwi/ Kommiſſyá w Brzeſciu Anno ſe-
 quenti Menſe Ianuario; die ſecunda ſkladamy: Ná ktora z Senátu
 przy Wielmożnych Wielkiego Kieſtwá Litewſkiego Hetmanách/ Wiel-
 możnych Janá Kryſpina Kirſhenſteyna Biſtupa Œmudzkiego/ Kázi-
 mierzá Sápiecha Woiewode Trockiego/ Andrzejá Kryſpina Kir-
 ſhenſteyna Woiewode Witebſkiego/ Michála Kotlá Kaſtelana Wi-
 tebſkiego/ Senatorow. Et ex Equeſtri Ordine, Wrodzonych Krzy-
 ſtoſá Komorowſkiego Kuchmiſtrzá Wielkiego Kieſtwá Litewſkiego
 Staroſta Naſzego Wolkowýſkiego. Kizjécia Janá Kadziwila Sta-
 roſta Naſzego Liozkiego/ Theoſilá Olenſkiego Marſalká Wólko-
 wýſkiego/ Ludwiki Pocięá Podkomorzego Brzeſkiego/ Márcjana
 Wollowicza Chorążego Méciaſlawſkiego/ Alexandrá Dniechowſkiego
 Sedzięgo Œiemſkiego Mińſkiego/ Jakuba Grunewſkiego Stolniká
 Œmudzkiego/ Steſana Chrapowickiego Staroſta Pilwiſkiego/ zá
 Kommiſſarzewo náznáczamy; ktorzy na czas y miejsce náznáczone zá-
 chwáſy non obſtante unius vel plurium abſentia zá przybyćiem dwoch
 Kommiſſarzewo od Woýſká/ y Deputatow/ tak Poſkiego iako Cudo-
 ziemſkiego záciágu/ we wſytkim/ iuxta normam Kommiſſyey Koron-
 nej/ ſprawic ſie powinni beda. Ná tenże termin tamże y my ſpecy-
 fikowana wyżej Summe przez Sekretarzewo Naſzych zeſtać dekla-
 ruemy/ ktorzy zá Aſſygnacyami Hetmańſkimi Woýſtu pomieniona
 Summe wylizáć beda; á tá Kommiſſyá/ nád Niedziel dwie trwáć
 niema: Securitate záſ tak ſamych Wielmożnych/ Wrodzonych Kom-
 miſſarzewo/ iako euntium & redeuntium ná te Kommiſſyá/ według da-
 wnych opiſania Kommiſſyi wárujemy.

Constitucae Sęymu

Reces Sęymu Coronationis.

A Człowiek/ za Przedwiecznym przyezrzeniem Bostim/ na przesa-
 cny Thron Korony Polstiey/ wolnemi głosami/ obrani y wezwad-
 ni/ tużesiny to wszytko/ cokolwiek podług swiatablwyh dą-
 wnych zwyczaow Naryśmieszych Krolow Polstich do szczęśliwey
 inauguracyey Należy/ do wtwierdzenia y poprzyśięzenia/ Praw/ Swo-
 bod/ y Wolności cnym y Wolnym Narodom należało zupełnie odpra-
 wili/ y wykonali; że iednak dyffidencyi między Stranami Rzeczy-
 spolitey rozietrzonych zasły/ y zachodza różne trudności/ przeto rowno
 z życiem y fortunami Należmi/ ktore rey zacney Oyczyźnie/ wiecey
 iuz niż własney poświęcamy/ vsпоkoienie Oney zewnatrznie powa-
 żaiac/ y przed sie biorac/ za zgoda Wszech Stanow/ propter urgen-
 tes necessitates, do dwóch tylko Niedziel Sęym terażniejszy Coronationis
 strociwszy/ wszytkie wálne/ poważne y potrzebne tegoż Sęymu
 Sprawy/ tudzież desideria Woiewodztw Powiatow y Miasz
 Należych. tak Korony Polstiey iako y W. K. Lit. także Wydrukowa-
 nie Pactorum Conventorum dla konfrontowania z Oryginatelem/ ktory
 Grod Wárszawski ad requisitionem Izby Poselskiej comportare pier-
 wżego dnia zaraz pod stara Łaska będzie powinno/ odlozywszy dla
 tych wszytkich Publicznych spraw/ w ktore primario skuteczne wkon-
 tentowanie zasłużonego Woyska wchodzić ma/ a oraz vsпоkoienie y
 zjednoczenie Stanow & animorum Civium, tudzież na vleczenie vul-
 nerum Republicae ktorekolwiek zaisć mogly/ Sęym Walny Sześć-
 Niedzielnny Pacificationis & Exorbitantiarum, praeiis omnibus solenni-
 tatibus, non prauidicando iednak Vrodzonym Postom tych Woie-
 wodztw/ ktorych alternatami stawaia/ ponieważ in promotionem
 desideriorum Instrukcyi swoich nie weszli/ (co do Woiewodztw Po-
 znańskiego y Kaliskiego regulari nie powinno) w Wárszawie tak nay-
 przedzy wyuczayne solennitates wysć beda mogly/ złożyć y naznaczyć
 deklarujemy: obiecuiac y upewniaiac/ iż na pomienionym Sęymie/
 wszelkim staraniem Należym vsilowac będziemy/ aby Rzeczpospolita
 iak naygruntowney vsпоkoiiona/ y w Prawach/ Swobodach/ y
 Wolnościach swoich/ tak tych/ ktoreśmy iuz poprzyśięgli/ iako y w
 tych/ na ktore sie Strany powszechnie zgodza/ nienaruszenie zachowana
 być mogła/ y że my sami nienaruszenie zachowamy spondemus. Sub-
 ueniendo Obywatelom Woiewodztwa Kziowskiego y Bracławskiego/
 aby dluzey in oppressione Kozakow nie byli/ ktora nam przez Po-
 slow swoich doniesli/ od Stanowist Żimowych w Dobrach Żimskich
 wwalniamy. Constitucae de immunitate honorum territorium także
 o Sadach w Powiatach tychże Woiewodztw Anni Millefimi Sexcen-
 selimi Quinquagesimi Noni reassumuiemy. Na ostatek waruiac be-
 spieczęństwo dostoięstw Należemu y całej Rzeczpospolitey Należy.

za zgoda wŝech Stánow przyrzekamy sobie sacrosancté że przy konse-
wacyey Oyczyzny/ Praw/ Swobod y Wolnoŝci osobliwey Ozboby
Krolestwa tego ŝawác bedziemy/ zaŝeczyciac Wolna Elekcya y ŝczé-
ŝliwie bez żadney oppozycyi odprawiona Koronácya/ zdrowiem y
fortunami Náŝemi/ tak My z Osoby Náŝey Krolewŝkiej Iura, Priui-
legia, & Prerogatiuas Wolnych Ciuium, iako y Stany Rzeczyŝpospoli-
tey Dostoienŝtwo Náŝe.

Rezydenći przy Boku Iego Krolewŝkiej Mći
ná dwie Cwierci Roku.

à Prima Oŝtobris ná Pierwŝa Cwierc.

Przewielebny Xiadz Arcybiskup Lwowski.

Pan Woiewodá Mázowiecki.

Pan Zmudzki.

Pan Hálicki, Káŝtelánowie.

Ná Druga Cwierc.

Tenże Xiadz Arcybiskup Lwowski.

Pan Woiewodá Brzeŝki.

Pan Poznánŝki.

Pan Sanocki, Káŝtelánowie.

Krzysztof Stánisław ná Báksztách Záwiszá Mińŝki Czeczerski
Stárostá, Márŝzátek Kołá Rycerskiego Seymu Wálnego Ko-
ronácyniego. *m. pria.*

Stánisław Tarło Woiewodá Lubelski, Deputat z Senátu do Conŝtyrucyi z Má-
ley Polski. *m.p.*

Jan Kraŝniński ná Kraŝnem Woiewodá Plocki Wárŝawŝki Stárostá, Deputat
z Senátu z Wielkicy Polski. *m.p.*

Krzysztof Komorowski, Kuchmiŝtrz Wielkiego Xięstwa Litewskiego, Stárostá
Powiáru Wolkowyskiego Deputat do Conŝtyrucyi z W.X.Lit. *m.p.*

Ludwik Konŝtánzy Pociey Podkomorzy Woiewodztwa Brzeŝkiego Deputat do
Conŝtyrucyi z W.X.Lit. *m.p.*

Jan z Słupowá Szembek, Stárostá Biecki, Deputat do Conŝtyrucyi z Máley Polski. *m.p.*

Thomaŝ Fránciŝek Roiowski Stárostá Droch. Poŝel Woiewodztwa Sedomir-
skiego Deputat do Conŝtyrucyi z Máley Polski, Rocmiŝtrz I.K.M. *m.p.*

Ludwik Antoni ná Láŝocinie Láŝocki, Stárostá Ziemie Zákróczymŝkiej Pulko-
wnik I.K.M. Deputat do Conŝtyrucyi z Wielkicy Polski. *m.p.*


Károl z Wierzbná Rydŝiński Czeŝnik Káliski, Surogátor Poznánŝki, Deputat
do Conŝtyrucyi z Wielkicy Polski. *m.p.*

DOMINIK Wołodkowiecz, Podŝtoli Woiewodztwa Mińŝkiego,
Sekretarz I.K.M. do Conŝtyrucyi, *m.p.*



Facultas Typographo Sacrae Regiae Maiestatis Ordinario, Imprimendi.

QUoniam ad conservandum bonum in Republica Ordinem, ea fuerit singularis Nostra Sollicitudo, ut omnes Leges & Constitutiones Regni Nostri, sine vlla ruga, & macula Typis fideliter imprimantur. Ideo Nobilem & Honoratum Nicolaum Schedel Scabinum Urbis Nostrae Cracoviae, Typographum Nostrum Ordinarium, cujus fidem, dexteritatem & prudentiam apprime commendatam habentes, constituimus & eligimus, neminiq; alij in Regno toto & Dominis Nostri Constitutiones praesentes sub tempus felicitis Coronationis Nostrae, tum & alias quasvis expeditiones subsequentes, prout in Privilegio Nostrum ipsi benigne collato expressum continetur, imprimendi, remprimendi, nisi soli Nobili Nicolao Alexandro Schedel Typographo Nostrum Ordinario ejusq; Successoribus facultatem damus & concedimus. Quapropter omnes quotvis Typographos, necnon ad usum Collegiorum erectas Typographias habentes serio monemus, praecipimus, & inhibemus; ne quispiam eorum praeter solum Nobilem Nicolaum Schedel Typographum Ordinarium Nostrum Regium imprimere, Typis excudere, aut evulgare audeat sub Paena Quingentorum Aureorum Filco Nostrum & amissione Typorum omnium, eidem praefato Nobili Typographo Nostrum irremissibiliter applicandam, non obstantibus licentijs, ad sinistras informationes obtentis, quas eo in Puncto revocatas & irritas esse volumus, ac declaramus.



æ

Or-
nes
, &
n &
stræ
us fi-
con-
Con-
z ali-
i be-
i soli
julq;
quof-
s ha-
præ-
No-
o Pæ-
omni-
licân;
eo in

